



Olim C-23-86

# Tractatus de penitentijs ⁊ acti bus penitentium ⁊ confeſſoꝛum cum foꝛma abſolutionum: ⁊ de canonibus penitentialibus.

Cum pꝛiuilegio.

## ¶ Incipit tabula iſtius tractatus ⁊ cuiuſlibet eius partis.


¶ Primo quid eſt confeſſio.
¶ Scd̄o quottuplex ē ꝯfeſſio.
¶ Tertio qualis d̄bet eſſe ꝯfeſſio
¶ Quarto que ſunt cauſe ꝑpter quas quiſqꝫ debet feſtinare ad confeſſionem.
¶ Quinto quot ſunt ꝑtes pn̄ie.
¶ Sexto quid eſt contritio.
¶ Septio qualis ⁊ quanta debet eſſe contritio in penitente.
¶ Octauo qs eſt effect⁹ cōtritiōis
¶ Nono an confeſſio ſacerdotalis ſit neceſſaria de neceſſitate p̄cepti vel an ſit neceſſaria de neceſſitate ſalutis.
¶ X. in quib⁹ caſibus tenet̄ quis ſtatim confiteri.
¶ Xj. an anteq̄ eſſet. c. omnis vtriuſqꝫ ſexus fuit preceptum confiteri ore.
¶ Xij. qualiter itelligitur id quod dicit̄ quod p̄cepta affirmatiua obligāt pro loco ⁊ tēpore.
¶ Xiij. quod in contritione neceſſariū eſt votum vel propoſitū confeſſionis vocalis.
¶ Xiiij. an confeſſio cordis ſufficiat ſine confeſſione oris.
¶ Xv. qui ſunt effectus ꝯfeſſiōis.
¶ Xvj. an ſit bonum facere elemoſynā ad redimenda pctā ꝯfeſſa.
¶ Xvij. an ſit bonū cōfiteri quolibet anno ⁊ recipere ſacramentū eucbariſtie i paſcha indubitatuꝫ eſt ſed qualiter fiendū ſit.
¶ Xviij. an ſit bonuꝫ pro redimēdis pctis ⁊ penis pctōrū recipere indulgentias ⁊ de diuerſis ſpeciebus indulgentiarum ⁊ de culpa ⁊ pena.
¶ Xix. que ē pn̄ia publica.
¶ Xx. que eſt ſolēnis penitētia.
¶ Xxj. que eſt penitētia priuata.
¶ Xxij. ⁊ principalis q̄ſtio eſt que ſunt peccata mortalia ⁊ que venialia ⁊ q̄uo peccatū veniale efficitur mortale in qua includunt̄ ſeptem partes.
¶ Prima pars que ſunt peccata mortalia ⁊ que ſunt peccata venialia ibi dū dicit̄. xxij. q̄ſtio eſt.
¶ Scd̄a pars eſt q̄ crimina mortalia dicunt̄ capitalia ⁊ que non dicūtur capitalia ibi duꝫ dicitur circa primum dico.
¶ Tertia pars ē que dicunt̄ mortalia tantū ibi dum dicit̄ peccata vero mortalia que ſub ſe cōtinet ſeptē queſtiones.
¶ Prima queſtio eſt de ſuperbia ⁊ de qualitatibus ⁊ vitijs ſupborum ibi duꝫ dicitur ſuperbi eni patiuntur iſtas qualitates.
¶ Scd̄a queſtio ē de peccato inuidie ⁊ qualitatibus ⁊ vitijs inuidi ibi duꝫ dicitur ſecūdū peccatū mortale eſt inuidia.
¶ Tertia queſtio eſt de ira et q̄n ira eſt peccatū mortale ⁊ q̄n veniale ibi duꝫ dicitur tertiū peccatum mortale.
¶ Quarta queſtio eſt de pecca-

to mortali gule circa quam ane
ctuntur tres queſtiones.
¶ Prima quando ebrietas non
eſt peccatum ibi dū dicitur quā-
doqꝫ dicitur qualitas ebrietas.
¶ Scđa q̄ſtio eſt quando ebrie-
tas eſt peccatum veniale ibi duꝫ
dicitur venialis eſt.
¶ Tertia queſtio eſt qñ ebrietas
eſt peccatum mortale ibi morta
lis eſt.
¶ Quinta queſtio eſt de peccato
accidie ibi dum dicitur quintuꝫ
peccatum eſt in qua etiam veni
unt tres queſtiones ſicut in ſupe
riori articulo dictum eſt.
¶ Prima quando accidia nō eſt
peccatum ibi dum dicitur vnde
aut talis triſticia eſt.
¶ Scđa queſtio eſt quando ac-
cidia eſt peccatuꝫ veniale ibi dū
dicitur vnde ſiquis hꝫ triſticiā.
¶ Tertia queſtio eſt quando ac-
cidia eſt peccatuꝫ mortale ibi dū
dicitur quādocūqꝫ vo pertingit
¶ Sexta queſtio eſt de peccato
luxurie in qua queritur quādo
maritus cognoſcens vxorē pec
cat mortaliter vel nō ibi dū dicit̄
Sextum peccatū mortale eſt.
¶ Septima queſtio eſt de pecca
to auaricie ibi dū dicit̄ auaricia.
¶ Quarta pars eſt que ſunt pec-
cata venialia ibi dum dicit̄ ſcđa
pars.xxij.queſtionis eſt.
¶ Quinta pars eſt qñ venialia
efficiuntur mortalia vel morta-
lia efficiuntur venialia ibi dum
dicit̄ tertia pars.xxij.q̄ſtiōis eſt.
quomodo venialia.
¶ Sexta pars.xxij queſtionis eſt
qualiter poſſunt tolli peccata ve
nialia ibi duꝫ dicitur ⁊ ex hoc re
ſultat alia queſtio.
¶ Septima pars.xxij. queſtoiniſ
eſt quando quis dicatur pecca-
re in ſpiritum ſanctū ibi duꝫ dici
tur. ⁊ ex hijs etiam reſultat alia
queſtio.
¶ xxiij.qualiter cognoſcit̄ pecca
tum grauius vel leuius p̄ſertim
in peccatis luxurie.
¶ xxiiij.queſtio eſt que eſt ſatiſfa
ctio penitentie ⁊ ſic finitur tertia
pars huiꝰ tractatus de qua in ex
ordio.

# Doctoꝛis de benauēto in ſal

mātıcēſi academia iura pōtificia demane oꝛdinarie legēs ad Reuerēdiſſimū illuſtrē ac magnificū dn̄z ſuū dn̄m Joannē de Caſtella Salmāticēſez pontificē iure ꝯſultū ac clariſſimoꝝ regū Ferdinādi ꝛ Eliſabet ꝯſiliariū ꝙ digniſſimū: humili ac deuotiſſima cōmēdatiōe p̄miſſa inſcripta optimi parētis egregij doctoꝛis benauentani p̄fatio incipit feliciter.

q

Uam ſūmis vigilijs ꝛ imēſo laboꝛe ille vtriuſqȝ iuris monarcha Joānes Benauētan⁹ doctoꝛ p̄ſtantiſſim⁹, ꝓgenitoꝛ meus ſapiētie ꝑticeps fuerit effect⁹: ꝛ ſupꝛamodū fōtes vtriuſqȝ cenſure imbiberit. Pauꝑtatis p̄cipue ꝛ alia ſtudioꝝ onera a puericia captiuato itellectu ſufferēs quouſqȝ diē clauſit extremū. Per ſuas cauſas teſte philoſophoꝝ pꝛicipe ꝛ opatiōes latere nō pōt. et tu te clariſſime ꝯſul ſpes ꝛ glīa mea ei⁹ elegātiſſimā doctrinā iſecut⁹ ſubtili⁹ cognouiſti. Legim⁹ eni pater excellēs illos q ꝓ republica cecidiſſe cōꝑtū ē ꝑ glīaȝ viuere: ꝛ iō ei⁹ optimi parētis fama ꝛ glīa i vniuerſū oꝛbē nō ab re decātatiſſima eſt: cū ꝓ re publica ſtudioꝝ adeo lr̄is deditiſſimus extitit vniuerſis: ꝙ fere oēȝ ſciētiaꝝ artiūqȝ liberaliū modū fuerit ꝑcūctatus ꝛ per ſexaginta ꝛ vltra annoꝝ curricula in p̄dicte academie ſcholis publice cathedꝛas oꝛdinarias. nō iuriū pōtificū decreti vȝ ꝛ decretaliū ſolū. Sed ꝛ rethoꝛice oꝛatoꝛie ꝛ philoſophie ꝑlegiſſe ꝯſtat: cui⁹ ſciētia doctrina v̄bo ꝛ exēplo Salmātina ſchola miruȝ imodū edificat̄ ac ſemper oꝛnat̄ tota hiſpaniaꝝ oꝛbis illuſtrat̄ illuminat̄. ac in diuinis p̄cipue reb⁹ gubernat̄: qui poſt oia reputans ſibi miſerrimū ſue ſapie poſteris ſuis ſcripta nō relinq̄re quib⁹ poſſent ꝯſolari ſicut triſte ē diuiti decedere ſine herede. Sexaginta ꝛ qnqȝ opa ·tractat⁹ repetitiōes ꝛ iuſtiſſima ꝯſilia ad toti⁹ hūani generis gubernationē ꝛ regimē diuinit⁹ quoddā modo ꝓmulgata vtiliſſima deſiderabilia ſuꝑ aurū ꝛ lapidē p̄cioſuȝ dulcioꝛa ſuꝑ mel ꝛ fauū ꝓpꝛia manu ſcripta penes me imeritū filiū ei⁹ ꝛ heredē q̄rētib⁹ accomodāda dimiſit. O digniſſima ciuitas benauētana q̄ tā mirificū genuiſti virū. ei⁹ opibus longe felix atqȝ beata diceris. Et cū ſepe numero illuſtris ac iocūdiſſime antiſtes a ꝙplurimis iure conſultis ꝓfeſſoꝛib⁹ optimis ꝛ ſcholarib⁹ requiſit⁹ fuiſſem. Cōtinuis moleſtis afficerer ꝛ inqet⁹ redderer vt opa pr̄is tā p̄ſtātiſſimi eloquētiſſimi ꝛ oꝛtodoxe fidei zelatoꝛis tā ſublimia alias per eū ſūma cū maturitate ꝛ vigilia copulata cunctis in lege dn̄i eruditis vtilia imo neceſſaria ad regimē aiarū: per me publicarent̄ traderent̄ ac oib⁹ rogātib⁹ ſcribēda vt gēmas p̄cioſas cōmodarē: nec ꝑ me iuſte aut licito velamēto denegari

poterāt.ſtatim tum ex p̄dicta cauſa tū ne ea q̄tā ſpāliter merenť notari
ſi nō noteňť quaſi neglecta videātur.ne vt fertilioꝛ in agris ſeges hec oī
bus reddať. Jā dicta opa ſingularia diligēter ac fideliter per me accu⸗
mulata ac emēdata lr̄is eneis ipingēda in duo volumīa principalia tra
dere:vt ea q̄ lōgo tpe latitarūt:nūc oib⁹ nota reddātur. Et qꝛ legiť parū
eſſe iura ꝓdere niſi ſit q ea tueať foueat ⁊ adminiſtret:obſeruandiſſime
dn̄e meū tutiſſimū columē.tue prudētiſſime ac reuerēdiſſime dn̄ationi
iā dicta memoꝛatu digniſſima ſcripta deferenda ac dedicāda aīaduerti
ac cēſui.vt i tuū expectatiſſimū ⁊ imoꝛtale nomē oib⁹ ſeculis celebrāduꝫ
reluceſcāt.⁊ abſte foueanť ꝓtegātur ⁊ auctoꝛizenť.⁊ tuo rectiſſimo iudi
cio examinenť corrigātur limētur ⁊ refoꝛmenť qui oīuꝫ ſapiētū viroꝝ
es indeficiēs calcar:tibi ſoli p̄dictoꝝ operū p̄ſidiū.tu tamē ꝓtectio ⁊ coꝛ
rectio multiplici titulo ⁊ rōne cōuenit ac expectat. Cū ab ineunte etate.
ſub diſciplina iā dicti auctoꝛis mei ꝓgenitoꝛis ⁊ mea ⁊ ſiimeritus opti⸗
mos moꝛes diuinas lr̄as rerū oīum cognitionē fidē integritatē man⸗
ſuetudinē modeſtiā religionē pietatē liberalitatē ⁊ oēm virtutem miro
modo colueris:vt tuis lr̄is ⁊ meritis exigētib⁹ in riguroſo examine li⸗
centiā ad doctoꝛat⁹ culmē optinuiſti.⁊ oēm deniqꝫ hiſpaniā tuis diui⸗
nis monitis vita ope ⁊ exēplo tot illuſtriſſimis luſtris ſplēdidā reddis
qb⁹ ſane meritis inumeriſqꝫ virtutib⁹:clariſſimi ac xp̄ianiſſimi dn̄i ac
dn̄i nr̄i reges Ferdinād⁹ ⁊ Eliſabet diuino quodā nutu annuētib⁹ tuiſ⸗
qꝫ factis diſponētib⁹ te ſuū ꝙ digniſſimū cōſiliariū ⁊ ſui ſupremi cōſilij
preſidentē cōſtituerunt.primo colocātes te in decanat⁹ dignitatē ſan⸗
cte eccleſie hiſpalēſis ciuitatis alias principis ꝓuinciarū.poſt parua ve
ro tēpoꝝ curricula iure optimo bene meritū ep̄m Aſtoꝛicenſem.tuis
deinceps p̄clariſſimis ſapiētie meritis ad apicē pōtificat⁹ nr̄e ſctē eccl'ie
Salmātine es ꝓmot⁹. O p̄clariſſima ac famoſiſſima vrbs Salmāti⸗
na que tātum pontificē oibus iuſtuꝫ modeſtū ⁊ liberalē ⁊ ab oibus dile
ctum habere merita es beatiſſima predicaberis:quid igiť de tuarū vir⸗
tutū culmine ⁊ amplitudine amplius enarrē:ſemꝑ honos nomē tuuꝫ
laudeſqꝫ manebūt.Et ſi ea rite narrare vellem humana quidē deficeret
lingua.taceo.n.⁊ ſilētio p̄tereo tuū preclariſſimū ⁊ generoſiſſimū oꝛtum
quo fere neminē excellētioꝛē nec clarioꝛē in hiſpaniarū partib⁹ imoꝛta
lium oīum ſtat ſentētia:Suſcipe igitur munus oblatum ꝙ tuū eſt me⸗
moꝛabile ſpeculū memoꝛ in te ſperātium decus ⁊ preſidium meū.meqꝫ
apud pedes tue dn̄ationis obnoxium conſtituo imoꝛtali deo ſupplici⸗
ter preces poꝛrigens vt te ſempiterno euo conſeruet.Data Salmanti
ce idibus Januarijs.M.cccc.xc.⁊.viij.

# Incipit tractatus de penitentia.

## Studiorum celeſtiuȝ opta

s tores atqȝ aiaꝝ zelatores patres egregij ꝛ viri cōſpicui
qꝛ vt dicit Sene. inſtat a tergo mors nos ſeqꝛ: vita fu-
git. ꝛ qꝛ vt ipſe dicit oēs quotidie morimur. quotidie
eni morit aliqua ps vite ꝛ cū creſcim⁹ vita decreſcit: qc
quid tranſit temporis perditur: ꝛ hunc ipꝫ quem agimus diē cū morte
diuidim⁹: ergo qꝛ oēs moriemur: vt in. c. i eccliaſtico. xiij. q. ij. ꝛ qꝛ totū tē
p⁹ vite nr̄e breuiſſimū ē. vt i. c. ꝯſideret. v. di. valde timidi eſſe debem⁹ nā
ſi mors nos occupet i pctis: qd niſi mors eterna ꝛ gehēnalis ꝑditio erit
nobis. In hoc igit vigilare debem⁹: nā diabol⁹ tanq̄ leo rugiēs circu
it nos q̄rēs quē deuoret. vt. i. c. nulli dubiū. iij. q. j. ꝛ velut leo i occultis ꝛ
i inſidijs ſedet vt nos iterficiat qꝛ ipſe obūbrat arbores magnas. i. ypocri
tas: ꝛ dormit iuxta iūcū ꝛ calamū ꝛ caricē. i. apud mūdanos ꝛ curioſos
hoies ꝛ ipſe eſt rex omniū q i aqs habitāt. i. illoꝝ q in pctis ꝛ i luxu rerū
labētiū moranꝛ. vt i. c. ſi eni. in tex. ꝛ glo. in fine. j. di. ij. ꝛ qlibet pctōr pro
peccato vēdit⁹ ē diabolo. vt i. c. nō eſt qd cuiq̄. xv. q. j. ꝑpter qd diabol⁹
ptātē hꝫ i malis tanq̄ i ſuo pectore. vt i. §. his auctoritatib⁹. xxiij. q. j. i fi.
qūo eni ab iſta pctōꝝ morte ꝛ ab iſta ptāte ꝛ dn̄atione diaboli poterim⁹
liberari. certe nō eſt aliud remediū niſi hoc ſolū qd ad deū creatorē ꝛ ꝓ-
tectorē nr̄m ꝑ pniaȝ ꝯuertamur ꝛ pctā nr̄a q̄ ꝯtra eū cōmiſim⁹ ꝯtinue d
plorem⁹. nā ſi apl̄s pctā ꝑ baptiſmū dimiſſa ꝯtinue plorat: nobis ſuꝑ fū
damētū aplōꝝ poſitis. qd p̄ter plorare reſtat? qd niſi ſemꝑ dolere i vita?
vt i. c. ſi aplūs. iij. di. ꝛ ad hāc plorationē ꝛ pniaȝ pctōꝝ cito accelerare de
bem⁹ anteq̄ claudat ſuꝑ nos pute⁹ os ſuū ideſt anteq̄ ꝓfunditas hūa-
ne iniq̄tatis nos ꝑ mortē abſorbeat. vt i. c. pute⁹. ſuꝑ. ea. di. iccirco qꝛ tan
ta mala ꝓpter pctā incurrim⁹ ꝛ qꝛ i ſola pnia tātū refugiū habem⁹. actū
preſentē de hac quāi iſto āno legi ꝛ lego materia penitētie diſpoſui ordi
diuiſio actꝰ nare. In quo qdē actu tria ſequēs morē ſolitū ꝑagā p̄mo diuinū auxiliū
cū ꝓteſtatiōe debita iuocabo. ſcdo materiā. c. qd repetitur⁹ ſū cū ꝯcluſio
nib⁹ expedire curabo. tertio argumētoꝝ iaculis reſiſtere laborabo.

¶ Circa primū qꝛ vt ait Boeti⁹ de cōſolatiōe. li. iij. ꝓſa. ix. etiā i minimis
reb⁹ dꝫ diuinū auxiliū iplorari: qd i magnis reb⁹ vt i materia nr̄a fiēdū
eſt. certe in hac materia i qua ipſe de⁹ principiū ꝛ mediū ꝛ finis eſt: mlto
magis dꝫ iuocari eūdē ergo ſūmū deū ꝛ ei⁹ auxiliū iuoco in hec verba.

¶ O ſūme gerarchie rector ꝛ cordiū illuſtrator ſine cui⁹ ſcitilla gr̄e hūa-
nū cor ad charitatis ardorē ꝑ quē iuſtificaꝛ accēdi nō valet. da mihi lucē

inuenire tuã ⁊ in te cõſpicuos animi dĩfigere viſus. ⁊ actui pñti aſpirā vt ꝑ te q̃ es ꝓncipiũ ⁊ ſemita ⁊ terminꝰ ad ſalutẽ ad te ſũmũ bonũ valeã ꝑue nire. Et tu o intemerata vgĩnũ vgo cũ tota ſuperioꝝ curia ⁊ ſpũ beatoꝝ falãga mihi conamẽ i hoc ⁊ i alijs actibꝰ ipartire digneris. vt q̃ recta ſũt ſentiam ⁊ que vera ſunt ꝓferã ⁊ ea oĩa cũ fine beato perficiã Amen.

¶ Prelibato auxilio diuino ſuffultꝰ ꝓteſtoꝛ q̃ꝺ q̃cq̃ꝺ dixero ad laudẽ dĩ viui nõis ⁊ ad finẽ lucide veritatis ⁊ ſalutis aĩaꝝ dicta cenſeant̃. Si q̃ꝺ vo q̃ꝺ abſit a veritate deuiũ ꝓtulero: illud ex nũc reuoco caſſo ⁊ irrito ⁊ habeo ꝓ nõ dicto ⁊ totũ id ⁊ q̃cq̃ꝺ dixero correctioni ꝑcipue reuerẽdo rũ ſacre theologie magiſtroꝝ ⁊ omniũ alioꝝ ad quos ꝑtinet illa corri- gere ſuppono: nil aliud intẽdẽs aſſerere nec tenere niſi q̃ꝺ ſacro ſancta mater eccl̃ia approbat cui me ⁊ oĩa ꝑ me dicẽda ſubijcio prõpto corde.

¶ Dixi ſecũdo q̃ꝺ materiã capl̃i cũ q̃ſtionibꝰ expedirẽ ⁊ reuerẽdi pr̃es ⁊ dñi capl̃m q̃ꝺ repetiturꝰ ſũ. eſt ſituatũ in tractatu de peni. i. j. di. ⁊ icipit ſufficit. Et dñi lꝫ i hac materia repetẽtes aliq̃ñ ↄſueuerũt rubricã ſeu ma teriã ↄtinuare ⁊ quaſi ꝑ modũ ſũme totã materiã pnie ⁊ eiꝰ ꝑtes ⁊ articu los ꝑticulatiꝫ recitare ego ad preſens dimiſſa ꝑdicta ↄtinuatiõe ⁊ alijs q̃ ꝑ modũ ſũme recitari ↄſueuerũt tãquã articulis i multis ſũmis ⁊ locis tractatis ſolũ ad capl̃ꝫ veniã ⁊ notãdo ⁊ q̃rẽdo ⁊ applicãdo ad tex. capl̃i aliq̃ circa ꝑtes ꝓncipales pnie dicã. illa videlicet q̃ magis dubia eſſe cer no: ⁊ finaliter ordinẽ i agẽda pnia tenẽdũ ⁊ actꝰ quos penitẽs dꝫ facere recto ordine ꝓ vt meliꝰ potero recoligã. ¶ Seq̃t̃ ergo capl̃ꝫ ⁊ more de cretoꝝ eiꝰ lr̃aꝫ primo lego ſufficit penitẽti ↄfeſſio q̃ primũ deo offert̃: de inde ſacerdoti q̃ ꝓ delictis ſuis penitẽtiũ pctõr accedit. ⁊ capl̃m iſtud lit teraliter nõ diuidit̃ q2 vno ↄſtructu claudit̃. lꝫ mẽtaliter põt diuidi i du- as ꝑtes: nã primo dicit ↄfeſſionẽ debere fieri mẽtalẽ deo. ſc̃do vocalẽ ſa cerdoti. ſc̃da ibi deinde ſacerdoti. Et iſta ſc̃da pars põt ſubdiuidi ẽt i du- as ꝑtes: q2 facit q̃ꝺ dictũ eſt. ſc̃do põit q̃ꝺ ẽ officiũ ſacerdotis. ſc̃da ibi qui ꝓ delictis. ⁊c. ¶ Pro caſus poſitiõe ꝑmittẽdũ eſt q̃ꝺ i hac di. j. in prin- cipio fuit mota q̃ſtio vtrũ ꝑ ſolã cordis ↄtritionẽ vel an ꝑ oꝛis ↄfeſſionẽ pctã dimittãt̃ ⁊ allegate fuer̃t auctoritates primo ꝓ illa ꝑte ꝙ ꝑ ſolã cor- dis ↄtritionẽ pctã dimittãt̃. Et poſt ꝓ alia ꝑte. ſ. ꝙ ſine oꝛis ↄfeſſiõe pec cata nõ dimittãt̃. Nũc mgr̃ Gratianꝰ iter alias auctoritates q̃s allegat ad ꝓbãdũ iſtã ꝑtẽ ꝙ ſine oꝛis ↄfeſſione pctã nõ dimittũt̃ allegat iſtã au- ctoritatẽ Leonis pape ⁊ i ea talis ponit̃ itellectꝰ. Fuit q̃ſitũ a leone pa- pa q̃ eſſet ↄfeſſio ſufficiẽs ad ſalutẽ cuilibet penitẽti. ⁊ Leo papa ↄſultꝰ re ſpõdet dicẽs ꝙ illa eſt ↄfeſſio ſufficiẽs cuilibet penitẽti q̃ primũ deo of- fertur deinde ſacerdoti qui pro delictis penitentiũ pctõr accedit.

¶ Circa primã q̃ſtionẽ in ordine tabule. ſ. q̃ꝺ eſt ↄfeſſio. dico q̃ꝺ cõfeſſio eſt legittima corã ſacerdote. ſ. hñte vſuꝫ clauiũ quo ad illũ q̃ ei ↄfitet̃ pec-

tra. tex.

casus

Prima. q. ꝫ — q̃ꝺ ẽ ↄfeſſio.

catoꝝ declaratio ⁊ dr̄ cōfeſſio quaſi ſimul vl'ex toto vl'vndiqꝫ faſſio; nā ille ꝯfiteť q totū fateť ſm archi.in.c.porro. ſupra.ea. di.

2 Scḋa q̄ſtio quottuplex eſt cōfeſſio.

¶ Circa ſcḋā q̄ſtionē.ſ.quottuplex eſt ꝯfeſſio.dico ꝙ duplex eſt ꝯfeſſio q̄dā ē mētalis q̄ fit deo:⁊ hec ē d̄ iure naturali.q̄dā eſt vocalis q̄ fit hoi:⁊ hec nō eſt de iure naturali:⁊ vtraqꝫ iſtaꝝ poniť in capl'o iſto:nā mētalis poniť ibi cū dr̄ ꝯfeſſio q̄ fit primo deo. Vocalis poniť ibi:cū dr̄ deinde ſacerdoti.⁊ ante incarnationē xp̄i ſufficiebat ꝯfeſſio mētalis q꞉ nōdum de⁹ erat hō.Sꝫ poſtq̄ꝫ de⁹ fact⁹ eſt homo dꝫ ꝯfeſſio fieri hoi tanq̄ꝫ vicario criſti:eo em̄ qḋ vbū diuinū ita humiliatū eſt pro peccatis nr̄is delendis qḋ vnitū ē humanitati in hoc obligauit nos qḋ humiliem⁹ verbū nr̄ꝫ loquēdo ꝯtra nos nō ſolū deo ſꝫ etiā hoi.ſm archi.i.c.ꝑfecta.j.di.iij.

ponit quare ꝯfeſſio fit homini./

3 Tertia q̄ē ſ.q̄lis dꝫ eſſe confeſſio.

¶ Circa tertiū.ſ.q̄lis dꝫ eſſe ꝯfeſſio.dico ꝙ ad integritatē ꝯfeſſionis. vij. regrūť q̄ notať ex illo verſu dixi ꝯfitebor aduerſū me iniuſticiā meā dn̄o ⁊ tu remiſiſti impietatē peccati mei. in pſalmo . Beati quoꝝ remiſſe ſūt iniq̄tates. Nā dꝫ eē deliberata qḋ notať cū dicit.dixi.i.firmiter ꝓpoſui ⁊ deliberaui. Jtē dꝫ eſſe integra:qḋ notať ex eo qḋ dixi ꝯfitebor.i.ſil' nō diuiſiꝫ fatebor. Jtē dꝫ eſſe apta qḋ notať ex eo qḋ dicit fatebor id eſt aperte manifeſtabo. Jtē dꝫ eſſe amara ſiue accuſatoria:qḋ notatur ex eo ꝙ dicit: aduerſum. ea eni q̄ nobis aduerſa ſūt:nobis cōſueuerūt eſſe amara. Jtē dꝫ eē ꝓpria ꝙ notať inquātū dicit me quaſi dicat nō ꝯtra alios Jtē dꝫ eē verecūda qḋ notať ex eo ꝙ dicit iniuſticiā. cū eni hō naturalr ordineť ad deū iuſtū eſt q꞉ ad ei⁹ ymaginē fact⁹ ē facere iuſticiā: facere iniuſticiā ē facere ꝯtra naturā ſuā qḋ cuilibet dꝫ eē verecūdū. Jtē dꝫ eſſe volūtaria nō coacta qḋ notať ex eo ꝙ dicit meā q꞉ nō placēt deo coacta ſeruicia.ſm archi. i. c.dixi ꝯfitebor.ſupra ea.di.⁊ ſic i iſto verſu: dixi ꝯfitebor aduerſū me iniuſticiā meā dn̄o ꝯphendūť iſta ſeptē q̄ regrūť ad integritatē confeſſionis.

4 Quarta.q. eſt.ſ.q̄ ſunt cauſe ꝓpter q̄s dꝫ quis feſtinare ad cōfeſſionē.

Attende ad vtilitates q ſeqūťex feſtinatiōe cōfeſſionis.

¶ Circa quartū q̄ſitū.ſ.q̄ ſūt cauſe ꝓpter quas qcūqꝫ dꝫ feſtinare ad ꝯfeſſionē. ⁊ ē dicēdū ꝙ ꝯfeſſio dꝫ eſſe feſtina.vt eccliaſti.viij.c.vbi dr̄ nec tardes ꝯuerti ad dn̄m.⁊ ne differas de die in diē ⁊ eſt feſtinādū ad pniam ꝓpter multa. Primo ꝓpter hore mortis icertitudinē luce.xij. c. vbi ait veniet dn̄s ſui illi⁹ i die q̄ nō ſperat ⁊ hora q̄ꝫ neſcit ⁊ diuidet eū.ꝑtēqꝫ ei⁹ cū īfidelib⁹ ponet vn̄ ⁊ ei q multa ꝯgregauerat ⁊ ſe diuitē reputabat. dictū ē.ſtulte hac nocte repetā aiāꝫ a te q̄ aūt ꝯgregaſti cui⁹ erūt. Scḋo ꝓpter pctōꝝ acumulationē.apocal'.xxij.q in ſordib⁹ ē ſordeſcat adhuc. et greg.pctūꝫ qḋ ꝑ pniāꝫ nō diluiť mox pōdere ſuo ad aliud trahit. Tertio ꝓpter pctōris erga gr̄aꝫ dei ſpectātē ipꝫ igratitudinē.ad roma.ij.c.an ignorās qḋ benignitas dei ad pniāꝫ te adducit: tu aūt ſm duriciā tuā ⁊ cor ipenitēs teſaurizas tibi irā i die iudicij. Quarto ꝓpter dei a ſe elōgationē.vn̄ illud.dn̄e q elōgāt ſe a te ꝑibūt. Quito ꝓter minorē ad ꝯuer

uertēdū abilitationē: vñ q hodie act⁹ nō ē cras min⁹ act⁹ erit: ⁊ illud pri
cipijs obſta: ⁊ illud ſero medicina parat̄: nā mala ꝑ lōgas ↄualueremo
ras. Sexto ꝓpter finalē ꝑiculoſā cōuerſionē. vix eni aut nūq̄ pōt hō in
egritudine ↄteri q: nec ď pctis cogitare pōt. vñ cū egritudine opprime-
ris: vix aliud pōt cogitare q̄ ſentis: ⁊ illic rapit̄ itētio mētis vbi ē vis do
loris. Vñ augu. morb⁹ vrget pena terret: filij quos illicite dilexit vxor ⁊
mūd⁹ eū ad ſe vocāt. tene ergo certū ⁊ dimitte icertū ⁊ age pniaꝫ dū ſan⁹
es nō differas vſqꝫ ad ifirmitatē. vt i. c. null⁹ expectet. ď peni. di. vij. Se
ptimo ꝓpter dei obliuionē ⁊ clamoris nō exauditionē. Criſoſto. ⁊ Au-
guſt. hac aīadouerſiones ꝑcutit̄ pctōr vt moriēs obliuiſcat̄ ſui q dū viue-
ret oblit⁹ ē dei. Eſay. alt. xxxiij. c. ve q ſpernis: nā ipe ſperneris. feſtina er
go ne tardaueris: noli dicere expecta ſiue modo: q: modicū hic ⁊ modi
cū ibi. ⁊ ſm Augu. illud modū nō hꝫ modū ſm hoſti. i ſūma. eo. ti. Jteꝫ
dꝫ eſſe frequēs q: ad multa valet ⁊ q: hō frequēter cadit: neceſſe ē q̄ per
pniaꝫ reſurgat frequēter: vñ ſi poſt pniaꝫ relabit̄ aliqs i pctūꝫ iteꝝ cōfite
ri oportet vt ď ſūma tri. §. j. ⁊ c. penul. ſm. Jo. an. in. c. oīs. de pe. ⁊ remiſ.
¶ Quīta. q. ē quot ſūt partes pnie? Nūc dūi q: p̄ſens act⁹ vtit̄ circa ma
teriā pnie. Sciēdū eſt q̄ tres ſūt ꝑtes pnie itegrales ſm ſuū eſſe ꝑfectuꝫ Quīta. q. ē quot ſunt ꝑ-
ſ. cordis ↄtritio. oris ↄfeſſio. operis ſatiſfactio. ſm archidi. in. c. pnia. de tes pnie.
peni. ⁊ remiſ. di. iij. ⁊ eſt tex. i. c. ꝑfecta. ea. di. ⁊ iſte tres ꝑtes ponūt̄ in tex.
iſto. nā per hoc qđ dicit tex. penitenti ponit̄ cōtritio: qui penitet penā. i.
dolorē de peccatis cōmiſſis tenet vt in. c. continuet. de penitē. di. iij. per
hoc quod dicit tex. confeſſio que fit ſacerdoti ponitur oris confeſſio. nā Artē de qđ ē cōfeſſio.
oris ↄfeſſio eſt legittima corā ſacerdote peccatoꝝ declaratio ſm archi. i
c. porro. ſupra ea. di. per hoc qđ dicit tex. qui pro delictis penitētiū pec-
cator accedit. ponit̄ operis ſatiſfactio. nam ſacerdos ꝓ ſatiſfactione pec
catorū debet adiuuare confitentem orando ⁊ elemoſinas ⁊ cetera bona
pro eo faciendo. vt in. c. j. de peniten. di. vj. de qualibet ergo parte iſtarū
aliqua que mihi magis vtilia videntur tractabo.
¶ Sexta queſtio eſt: quid eſt contritio? Et dicendū eſt q̄ cōtritio a ma Sexta. q. ē
giſtris ſic diffinitur. Contritio eſt dolor voluntarie aſſūptus ꝓ pecca- in ordine ta
tis cū propoſito cōfitendi ⁊ ſatiſfaciendi. Ad cuius intelligentiā eſt no bule. qđ eſt
tandū q̄ ſicut in materialibus durū dicitur q̄ non cedit tactui. Frangi contritio.
dicitur q̄ per aliquod fortius in partes magnas diuiditur. Conteri ve Artē de qđ
ro quando totaliter in minimas partes redigitur ⁊ annihilatur. Jta cor eſt ↄtritio.
hominis durū dicitur quando diuine inſpirationi quaſi manu ſe tan-
genti nō cedit: ſed obuiat. i. dum ſemꝑ in affectu peccandi morat̄. Fran
gi vero dicitur quādo a propoſito peccandi reſipiſcere icipit: q̄uis non
dū totaliter cōuertatur. Conteri vero dicit̄ quādo affectus peccati ſm

oēm ſui partē in eo totaliter deſtruit. ꝛ fit quādo volūtas ꝑfecte ab affe-
ctu pctī reſilit. vnde talis reſilitio cōtritio dr̄ ſiue appellat̄. ꝛ qꝛ talis reſi-
litio doloꝛ quidā eſt. ideo per doloꝛē tanquā per gen⁹ eſſencialiter diffi
nitur. additur aūt volūtarie aſſumpt⁹ pro peccatis tāquā differētia ad
differentiā doloꝛis naturalis ꝛ doloꝛis inuidie de bono alieno: qui nō
eſt meritorius ꝛ hec conueniūt cōtritioni pꝛout eſt actus virtutis ſed
vt eſt pars ſacramēti ſic opoꝛtet ꝙ addatur aliquid in cōparatione ad
alias partes. ꝛ ideo additur cum pꝛopoſito confitēdi ꝛ ſatiſfaciēdi. ſm
thomā ꝛ petrū. vt ponit archi. in. c. perfecta. j. di. iij.

Septiā. q. eſt in ordie tabule. ſ. q̄lis ꝛ quāta cōtritio req̄r. ī peītēte.

Attende q̄lis ꝛ quāta debet eē cō tritio in penitente.

7 ¶ Circa ſeptimū. ſ. qualis ꝛ quāta cōtritio hoc eſt quāt⁹ doloꝛ requirit̄
in penitēte ad dolēdū peccatū. ſciēdū eſt qd̄ qdā dicunt ꝙ hō ex rōne
debet magis velle nunꝗ peccaſſe ꝙ vnigenitū viuere. alij dicūt qd̄ tā-
ta ꝯtritio reqrit̄ ꝙ pctōꝛ debet velle poti⁹ oēm penā ſubire quā peccaſſe
tamē Innocē. ꝛ io. andreas dicūt qd̄ ſufficit ſi pctōꝛ doleat ſe peccaſſe. ſi
maioꝛē ꝯtritionē nō pōt hr̄e. ꝛ hoc ſufficit ſi ꝓpter hoc doleat qꝛ deum
offēdit. nā ſi doleret nō de offenſiōe dei. ſed foꝛte de īfamia ꝙ incurrit. vl̄
qꝛ ꝓpter hoc honoꝛē ſuū amiſit. talis pnīa ſeu ꝯtritio nō eſſet ſufficiens
nec digna vt in canone vt ꝯſtitueret̄. l. d. ꝛ ſup oīa requirit̄ qd̄ ſit talis ꝛ
tāta cōtritio qd̄ hēat ꝓpoſitū vlterius nō peccādi. vt in. c. nemo pōt be-
ne agere pniam. ſupꝛa ea. di. ꝛ in. c. pniam agere. ꝛ. c. illi pniam. ꝛ. c. peni
tentes. i. di. iij. ſm Innocē. ꝛ io. an. in. c. oīs. de peni. ꝛ remiſſi.

Iſta ē. viij. q̄ſtio ī ordie tabule. ſ. q̄s eſt effectus cōtritionis.

Attēde q̄li ter peccatū moꝛtale effi cit veniale.

8 ¶ Octaua q̄ſtio in oꝛdine tabule eſt. ſ. quis eſt effect⁹ cōtritiōis: ſciēdū
eſt qd̄ qlibet pctōꝛ pꝛo quolibet pctō moꝛtali eſt dānat⁹ ad penā eternā
gehēne ſine vllo remedio ſi de illo in hac vita nō eſt cōtrit⁹: ſed ſi de illo
pctō moꝛtali cōtrit⁹ eſt: ꝛ cepit hic penitere pꝛo illo per illā cōtritionē li-
berat̄ a pena eterna: ꝛ illa pena eterna mutat̄ in tpalē: q̄ tpalis ſi hic nō
fuerit ipleta iplebit̄ in purgatoꝛio. ꝛ hoc qꝛ moꝛtale efficit̄ veniale per
cōtritionē. vt hēt̄ in tex. ꝛ glo. in. c. ſiqs ſup hoc fundamētū. xxv. di. ꝛ. i. c.
nullus expectet de penite. di. vij. ꝛ expleta illa pena tpali vel hic vel in
purgatoꝛio: taliter peccāti paradiſus apert⁹ eſt ſm tho. in. iiij. ſniaꝝ. di.
xvij. ad fi. vbi dicit qd̄ peccāti moꝛtalit̄ paradiſus clauſus ē. ꝛ per ꝯtritio
nē votū ꝯfeſſiōis ipoꝛtātē aperit̄. eſt ergo effect⁹ ꝯfeſſiōis iſte. ſ. qd̄ delet
peccatū quo ad culpā idest quo ad penā eternā ꝛ aperit paradiſū qui
clauſus erat peccāti moꝛtalit̄. ꝛ hoc qd̄ dictū eſt ē verū ſi ꝯfeſſio nō cōtē-
nit̄ cū adhiberi pōt. alias cōtrit⁹ nō eſt qui cōfiteri cōtēnit. vt notat glo.
ſūme q̄ incipit vtiqꝫ. ꝛ glo. in. c. multiplex ſupꝛa ea. di. ꝛ clari⁹ dicit gloſa
in. c. ſacrificiū deo coꝛ cōtritū ſpūs ꝯtribulat⁹. ea. di. in pꝛincipio ꝛ d̄ hoc
eſt tex. clarus in. c. baptiſmi vicē. in fi. de conſe. di. iiij. vbi tex. nec nullo
modo dicēda ē cōuerſio coꝛdis ad deū cū dei ſacr̄m cōtēnit̄ ꝛ etiā tanta
poſſet eſſe cōtritio qd̄ per eā vel potius per eius penalitatē remitteret̄

tota pena. vt in dicto.c. baptiſmi vicẽ. de cõſe.di.iiij.ꝛ notat archi. in.c.
ſi peccatum.ſupra ea.di.ꝛ in.c.perfecta.j.di.iij.

¶ Nona q̄ſtio ē an ↄfeſſio ſacerdotalis ſit neceſſaria de neceſſitate p̄ce-
pti vel an ſit neceſſaria de neceſſitate ſalutis.ꝛ circa primũ certum eſt ꝙ
oris ↄfeſſio ē neceſſaria de neceſſitate p̄cepti.ꝛ hoc tenet archi.in p̄dicto
c.porro.ſupra.ea.di.ꝛ in.§.econtra.j.ea.di.ꝛ in.c.pfecta.j.di.iij.per illud
Jacobi vlti.c. vbi dr̃. Cõfitemini alterutrũ pctã vr̃a qđ eſt p̄cepti.vt di-
cit tex.i.§.criminis.xxv.di.ꝛ tex.ꝛ glo.in.c.cõuertimini.ſup̄ ea.di.ꝛ hoc
cõiter oẽs doctores tenẽt.¶ Circa ſm.ſ.an cõfeſſio ſit neceſſaria de ne-
ceſſitate ſalutꝭ etiã tenet̃ firmiter qđ ſic quãdo hẽri põt.ꝛ ita tenet archi.
in.d.c.porro.ꝛ in.§.alij ecõtra.ſupra ea.di.ꝛ in.§.ecõtra.j.ea.di.vbi dr̃ ꝙ
qñ cõfeſſio hẽri põt:ſine ipa nõ eſt ſaluus.ꝛ ſm ſanctũ tho.ꝛ bo.ven. Jn
tantũ eſt neceſſaria de neceſſitate ſalutis in quãtũ cooperat̃ ad remiſſio
nẽ culpe.cooperat̃ aũt ad remiſſionẽ culpe hoc modo qꝛ ſine cõtritiõe
iportãte ſecũ votũ verũ ꝛ ꝓpoſitũ efficax ↄfeſſiõis nõ dat̃ remiſſio pctõ-
rũ.ꝛ ſiqs cũ põt pro loco ꝛ tpe nõ cõfitet̃ nõ habet votũ verũ nec ꝓpoſitũ
efficax.ſm tho.ꝛ bo.ven.ergo ſine ↄfeſſiõe qñ hẽri põt nõ dat̃ remiſſio
pctõꝝ.ꝛ hoc pꝫ qꝛ quãtuꝫ ad neceſſitatẽ ſalutis ſtatim poſt cõtritionem
debet qs cõfiteri ſi põt:alias ſi nõ cõfitet̃ in periculo eſt. Jta ꝙ ſi ante cõ
feſſionẽ ſubitanee moꝛret̃ nõ ſaluaret̃.ꝛ qꝛ aliqui dñi tenuerũt ꝛ tenent
ↄtrariũ.ꝛ dicunt ꝙ nõ tenet̃ ſtatim qs cõfiteri imo firmãt qđ ſine ↄfeſſi-
one oris liberat̃ ꝛ ſaluat̃ qlibet ſi hẽt ↄtritionẽ ꝛ hẽt ꝓpoſitũ cõfitẽdi ſe-
mel in anno.ſ.in quadrageſima.ꝛ ſi moꝛiat̃ ſubitanee ſine cõfeſſiõe ante
illud tẽpꝰ:ꝛ qꝛ hoc videt̃ mihi periculoſiſſimũ ideirco deo duce ſub ꝓ-
teſtatiõibꝰ p̄libatis intẽdo ꝓbare ꝛ tenere ↄtrariũ ſubmittẽdo me i hoc
articulo determiatiõi ſacre ſcripture ꝛ ſctõꝝ doctoꝝ ꝛ magr̃oꝝ ſacre
theologie meliꝰ ſentiẽtiũ.ꝛ dñi vt hoc meliꝰ videat̃.primo videndũ eſt
qualiter illi dñi ꝓbãt itẽtionẽ ſuã.ꝛ illi dñi q tenẽt illã ptẽ ↄtrariã.ſ.ꝙ nõ
tenet̃ qs ſtatim ↄfiteri:imo qđ cũ illo ꝓpoſito ſaluari põt ꝓbãt hoc iſtis
rõnibꝰ.¶ Primo qꝛ p̄cepta negatiua obligãt ſemꝑ ꝛ ad ſemꝑ. Sꝫ p̄ce
pta affirmatiua lꝫ obligẽt ſemꝑ nõ tamẽ ad ſemꝑ:ſꝫ ad aliqđ tẽpꝰ determi
natũ puta cũ locꝰ ꝛ tẽpꝰ adeſt.qđ tamẽ eſt indeterminatũ.ſ.qđ qñ locus ꝛ
tẽpꝰ adderit. Sꝫ qñ rei indiffinite addijcit̃ tpis declaratio:ante illud qs
nõ tenet̃. Cũ ergo p̄ceptũ de ↄfitẽdo ſit affirmatiuũ ꝛ primo eſſet in eo
tẽpꝰ indeterminatũ.potuit eccl'ia illud tẽpꝰ determiare cũ ſit p̄ceptũ diſci-
pline:nõ nature.ꝛ cũ eccl'ia determinauerit ꝙ ↄfeſſio debeat fieri ſemel
in anno.vt in.c.oĩs vtriuſqꝫ ſexꝰ de peni.ꝛ remiſſio.ergo videt̃ ꝙ nõ ſit
trãſgreſſoꝛ ſiue omittat ſiue differat vſqꝫ ad annũ ↄfiteri:p̄terea ſi ſtatim
tenet̃ qs ↄfiteri ex p̄cepto qñ habet copiã ſacerdotis ſi nõ ↄfitet̃ ſtatim
peccat moꝛtaliter ꝛ eadẽ rõne in alio tpe.ꝛ ſic deinceps ꝛ ita multa pctã

mortalia incurrēt pro vna penitētie dilatiōe qđ eſt incōueniēs ergo ꝛc. ¶ Jtē in pdicto.c.ōis datur mandatū de cōicādo ſub eadem pena ſub qua datur mandatū de ꝯfitēdo ſed cōſtat ꝙ nō peccat omittēdo cōicare vſqꝫ ad paſcha: ergo eadem rōne nō peccat omittēdo confitēſqꝫ ad quadrageſimā. ¶ Jtē ſicut eſt licitum peccatori querere ſacerdotē diſcretū ꝛ expectare. pari rōne licitū eſt querere ꝛ expectare tēpus idoneū ad penitendū ꝛ ſatiſfaciendū: ſed hoc eſt tēpus quadrageſime. vt in.c. ecce nunc tempus. ſupra ea. di. ergo videtur ꝙ ſine peccato poſſet quis expectare quadrageſimā. ¶ Poſt iſta argumenta iſti dn̄i qui hoc tenēt ꝛ etiam alij doctores cōiter dicunt qđ in quattuor caſibus tenetur quis ſtatim confiteri ꝛ hic intrat decima q̄ſtio in ordine tabule. ſ. in quib⁹ caſibus tenetur quis ſtatim cōfiteri. Et dicendū eſt ꝙ primus caſus eſt ſi homo ante paſcha vult recipere corpus xp̄i vel ſacros ordines. tūc qs confiteri debet ſi ſcit ſe habere peccatū mortale: in quacunqꝫ parte anni hoc fecerit. ¶ Secundus eſt rōne periculi vtputa ſi debet intrare bellum vel mare vel veriſilr̄ timet ſibi mortale periculū iminere: vt quia eſt grauiter infirmus. ¶ Tertius eſt quando veriſilr̄ timet ꝙ circa feſtum paſche nō poterit habere copiā ſacerdotis diſcreti: qui tunc poſſit ip̄m abſoluere. nam tenetur cōfiteri ante. Si eius copiā habeat vtputa quia preſens eſt tunc aliquis habens caſus papales qui receſſurus eſt ante paſcha ꝛ peccator indiget abſolutiōe in aliquo caſu papali vel in ſilibus caſibus. ¶ Quart⁹ caſus eſt ſi aliquis credit ſe oīno neceſſario obligatū ad hoc vt ſtatim cōfiteaᷣ. ꝛ de hoc habet formatā cōſcientiā qꝛ tūc. ſ. alius nō tenereᷣ ip̄e tamē tenetur ſatiſfacere conſcientie ſue. vt in.c. per tuas. ij. de ſimo. Jn alijs aūt caſibus dicūt ſic eſſe diſtinguēdū qđ aut loquimur de cōfeſſione que fit in corde ip̄i deo. ꝛ iſta obligat ad ſtatim ꝛ ita intelligūt.c. ille rex. de penite. di. iij. aut loquimur de cōfeſſione facienda ſacerdoti: ꝛ tunc dicunt qđ aut loquimur de ip̄a cōfeſſione q̄tum ad ꝓpoſitū interi⁹. ꝛ tūc teneᷣ ꝓponere cōfiteri quādocūqꝫ cōterit ꝛ q̄ncūqꝫ cogitat culpā cōmiſſā ꝛ dei offenſā ꝛ q̄ncūqꝫ tēp⁹ ſe offert quo cogitare debeat ſicut in ora vel periculo mortis. aut q̄tū ad actū exterius ꝛ tūc ſi loqmur de hijs q nō obliganᷣ ex culpa ſed ex inſtitutiōe eccleſiaſtica. ꝛ tales poſſunt differre ꝯfeſſionē vſqꝫ ad paſcha in quo tenenᷣ cōicare. Si vo loqmur de hijs q ſūt obligati. nō tātū ex inſtitutiōe eccleſiaſtica: ſed etiā ex ꝓpria culpa ꝛ tūc dicūt ſcḋm bonā vēturā. qđ ſi illo tp̄e quo offert ſe oportunitas ē timor ꝓbabilis ne vnꝙ̄ ſe offerat: vt quādo aliqs grauiter infirmaᷣ vel intrat bellū vel mare ꝙ tunc teneaᷣ cum offert ſe oportunitas ſine aliqua dilatiōe ꝯfiteri: ſi vero nō eſt talis timor imo adhuc oportunitas crediᷣ ſe offerre. ꝛ tūc teneᷣ etiā quis ſtatim ꝯfiteri aut maior expectaᷣ. vel q̄tū ad tēpus vel q̄tū ad ſacerdotem vt quia credit

Decima.q. in ordine tabule eſt.ſ. in quib⁹ caſibuſ tenetur quis ſtatim confiteri.

Hic ponūᷣ quattuor caſus in quib⁹ teneᷣ qs ſtatim cōfiteri

ſe alio maioꝛe meliꝰ ⁊ deuotiꝰ ꝯfiteri: vel diſcretioꝛē ſacerdotē habere ⁊
tūc dicunt ꝙ poterūt ſine peccato differre: ⁊ plus dicunt ꝙ in hoc. ſ.
vtrum maioꝛ oportunitas ſacerdotis ⁊ tempoꝛis expectetur vel non
expectet̃. credunt iudicandū eſſe ip̄m differētē ſm̄ ſuā intētionē in tātū
q̄d ſi ip̄e differēs ꝓbabiliter credat ſe habiturū maioꝛē opoꝛtunitatē ex-
cuſet̃: lȝ poſtea cōtrariū eueniat. ⁊ ſi credat ſe nō habiturū maioꝛē opoꝛ-
tunitatē differēdo peccat lȝ poſt maioꝛ eueniat.

Unc dn̄i ſub reuerētia p̄dictoꝝ dn̄oꝝ ego itēdo ꝯtrariū oſtēdere
⁊ fūdare diſputatiue ⁊ ꝓ poſſe nitar ſuis argumētis ⁊ oppoſitōi
bꝰ ꝯtrarijs rn̄dere: ſubmittēſ me ſēꝑ iudicio reuerēdoꝝ ſacre the
ologie ꝓfeſſoꝝ ⁊ cuiuſlibet alteriꝰ meliꝰ ſentiētis: ⁊ pꝛimo intēdo funda
re ⁊ ꝓbare ꝯtrariū ꝑ argumēta ꝯtraria q̃ doctoꝛes ⁊ ēt ip̄i tenētes ꝯtra-
riū faciūt. Deinde ego hāc ꝑtē intētiōis mee alijs argumētis ⁊ fundatio
nibꝰ ſpecialibꝰ roboꝛabo. ⁊ ꝙ qlibet teneat̃ ſtatī ꝯfiteri doctoꝛes ꝓbāt
iſtis rōibꝰ. Pꝛimo qꝛ q̃to hō plꝰ ꝑmanet i pctō tāto iabilioꝛ ē ad curan
dū: ſȝ ꝯſtat ꝙ qlibet tenet̃ ꝯfiteri qn̄ ē abilioꝛ. ſi ergo ē abilioꝛ q̃citiꝰ ꝯfitet̃
ergo q̃citiꝰ pōt tenet̃ ꝯfiteri. Preterea hn̄s moꝛbū ꝑiculoſū peccare vi
det̃ ſi nō reqrit medicū tp̄o exiſtente pn̄ti vel cū offert ſe opoꝛtunitas. ſed
pctūȝ moꝛtale eſt ꝑiculoſiꝰ oi moꝛbo: ergo hn̄s copiā ſacerdotis q ē me
dicꝰ pctōꝝ ſtatī tenet̃ ꝯfiteri. Itē q ē i gr̄a tenet̃ nūq̃ cadere: ergo ab
oppoſito q ē in culpa tenet̃ nūq̃ i culpa eē: ⁊ hoc nō pōt niſi reſurgēdo.
ergo ſtatī tenet̃ reſurgere ex quo peccauit: ſȝ ꝯfeſſio fit ad reſurgēdū er-
go ſtatī tenet̃ ꝯfiteri. Preterea nullꝰ dȝ ſe cōmittere diſcrimini: ſed hoc
facit q differt ꝯfeſſionē qꝛ ſubitanee pōt moꝛi: ⁊ neſcit vtrū tūc valeat ha
bere ſacerdotē: ergo nullꝰ dȝ differre ꝯfeſſionē ſȝ qlibet dȝ ſtatim ꝯfiteri.
Preterea p̄cepta affirmatiua obligāt ꝓ loco ⁊ tēpoꝛe. Sȝ p̄cepta ꝯfeſſio
nis ſunt affirmatiua: ⁊ loci ⁊ tēpoꝛis ꝯgruitas ad ꝯfitendū videt̃ eſſe qn̄
qs cognoſcēs peccatū habeat copiā ſacerdotis. ergo q̃cito qs hȝ copiā
ꝯfeſſoꝛis tenet̃ ꝯfiteri. Preterea moꝛtalis pctōꝛ tenet̃ ſtatī recōciliare
ſe deo ⁊ ſatiſfacere de offenſa: ſȝ vtrūqȝ iſtoꝝ dȝ facere mediāte ꝯfeſſione
igit̃ ſtatī tenet̃ ꝯfiteri. Preterea i eccliaſtico dr̃: nō tardes ꝯuerti ad deū
⁊ nō differas de die i diē: ⁊ ꝙ ſine termino debet̃ ſtatim debet̃. ⁊ ita vide
tur ꝙ ſtatī teneamur cōfiteri qn̄cunqȝ peccauerimꝰ. Preterea dānāt̃
pctōꝛes q acqeſcūt ꝯſilijs diaboli: ſȝ diabolꝰ ſēꝑ ꝯſulit hoi ꝓcraſtinatio-
nē ⁊ dilationē cōfeſſionis: igit̃ nō eſt pꝛocraſtināda cōfeſſio q̃ diabolꝰ
conſulit differri.

¶ Nūc poſt iſta argumēta doctoꝝ ego ꝓbo iſtā ꝑtē alijs fundationi-
bus ⁊ argumētis ⁊ ad ꝓbādū hoc pꝛimo facio caſū in. c. iſto ⁊ dico ꝙ lit
tera huiꝰ capli hoc ꝓbat. nā hic dr̃ ſufficit penitēti ꝯfeſſio q̃ fit pm̄ū deo
Deinde ſacerdoti. ex q̃ lr̃a pȝ ꝙ poſtq̃ qs ē ꝯtritꝰ ⁊ ꝯfitet̃

dꝫ ꝯfiteri ſacerdoti: ⁊ hoc denotat illud aduerbiũ deinde qḋ dꝫ expõi id eſt ſtatim poſt: ⁊ qḋ ita debeat exponi probaẗ nã i littera iſti⁹ capli met que poniẗ in.c.q̄uis.j.ea.di.⁊ poniẗ ꝑ magiſtrũ ſentẽ.in quarto.di.xvij dr̃ tũc ẽt ſacerdoti: hoc eſt dicere idest qñ fit ꝯfeſſio deo tũc. i. ſtatiꝫ poſt dꝫ fieri ſacerdoti.⁊ ſicvi deẗ a cõtrario ſenſu lr̃e ſic expoſite ꝙ ſi ꝯfeſſio fit deo ⁊ nõ fit ſtatiꝫ ſacerdoti ſi poteſt nõ ſufficit ideſt non eſt ſufficiens ta- lis confeſſio.

Xi.qḋ eſt an ãteq̄ eẽt.c. oĩs vtriuſqꝫ fuit p̄ceptũ ꝯfiteri ore.

¶ Secũdo probo ſic anteq̄ eſſet.c.oĩs vtriuſqꝫ ſex⁹ fuit p̄ceptũ cõfiteri ore per illud Jacobi vlti.cõfitemini vlter utrũ peccata vr̃a. Et hic intrat vndecima q̃ſtio in ordine tabule.ſ. An anteq̄ eſſet.c.oĩs vtriuſqꝫ ſexus: fuit preceptũ ꝯfiteri ore: ⁊ iſtud p̄ceptũ obligauit pro loco ⁊ tp̄e indeter minate ergo ꝓ primo tẽpore obligauit qḋ ꝓbaẗ qꝛ dictũ de tp̄e indeter minato intelligiẗ de primo tp̄e.vt in.l.eũ q kalẽdis.ff. de v̄bo. obliga. et qꝛ vbi dies nõ apponiẗ ꝙ debet dari ſtatiꝫ debeẗ.vti dicta.l. eũ q kalen- dis.in.§.quotiẽs aũt. ⁊ qꝛ ſi illud p̄ceptũ nõ obligaſſet ꝓ p̄mo tp̄e ꝓ nll'o tẽpore obligaret: nam qua ratione nõ obligaret in primo tẽpore: eadẽ ratione nõ obligaret in alio nec in alio: ergo neceſſe eſt ꝙ in primo tem pore obligaret cũ aliud nõ eſſet determinatũ. Sed p.c. oĩs vtriuſqꝫ. nõ fuit mutatũ nec determinatũ expreſſe.nã illud capl'ꝫ nõ dicit expreſſe ꝙ añ illud tẽp⁹ nõ teneaẗ qs ꝯfiteri: ergo ita eſt ꝓ vt ante erat.ſ. ꝙ qlibet in primo tp̄e teneaẗ qꝛ a iure veteri nõ eſt recedendũ niſi inquãtũ inueni- mus expreſſiꝫ.vt in.l.precipim⁹.C.de appella.⁊ notat glo.⁊ domini.in c.anteriorꝫ.ij.q.vj.ergo antequã eſſet.c.oĩs vtriuſqꝫ.fuit p̄ceptũ cõfiteri ore: ex quo illud Jacobi vlti. nõ fuit mutatũ ꝑ illud. c. oĩs vtriuſqꝫ ſex⁹.

Xij.q.ẽ qr̃ i- telligiẗ ꝙ p̄- cepta affir- matiua ob- ligãt ꝓ loco ⁊ tempe.

¶ Tertio ꝓbaẗ ſic: ⁊ hic intrat.xij.q.q̃ in ordine tabule erat. ſ. Qualiter itelligiẗ illud qḋ dr̃ ꝙ p̄cepta affirmatiua obligãt ꝓ loco ⁊ tẽpore: p̄ce- pta affirmatiua obligare ꝓ loco ⁊ tp̄e intelligiẗ ſic: v̄bi gr̃a p̄ceptũ d̄ ho norãdo parẽtes obligat ꝓ loco ⁊ tp̄e.ſ.qñ illi poti⁹ indigẽt vt dicit archi di.de peni.di.v. in ſũma ergo ſic ẽt p̄ceptũ de ꝯfitẽdo obligat ꝓ loco et tp̄e.ſ.qñ aĩa neceſſario eget ⁊ ſacerdos habeẗ.ſꝫ aĩa agẽs i pctõ ſtati eget neceſſario elemoſina ꝯfeſſionis vt i.c.q vult. de peni.di. iij. ibi q vult or dinate elemoſinã facere a ſeipſo dꝫ icipe: ⁊ primo eã aĩe ſue facere iuxta illud miſere aĩe tue placẽs deo.⁊ in.c.ſalcib⁹.ea.di.ibi filia babilonis mi ſera.⁊c.ergo ſtatim debet quilibet cõfiteri.

Xiij.q.ẽ an ĩ ꝯtritione ne ceſſariũ ſit votũ vl' ꝓpo ſitũ ꝯfeſſio- nis.

¶ Quarto fundaẗ ſic fũdamẽtũ oĩuꝫ doctorꝫ ẽ: hec ẽ.xiij.q.ſ.an in ꝯtri- tione neceſſarium ſit votum vel propoſitũ confeſſionis vocalis. Et di- cendum eſt ꝙ fundamentũ omniũ doctorꝫ eſt quod in contritione ne- ceſſarium eſt votũ vl' propoſitum cõfeſſionis vocalis alias nõ eſt con- tritio nec peccatũ remittiẗ ſm̃ ſctũꝫ tho. ⁊ mgr̃m ſenten.⁊ bo.vẽ.in.iiij.

ſenten.di.xvij.⁊ ſm̄ archi.in.c.penitētia.de peni.di.iij. Itē fundamētū ē ꝙ ante illd̄ votū ꝯfeſſionis paradiſus clauſus ē peccāti mortaliter ſm̄ ſctūꝫ tho.p̄dicta.di.xvij.in fine. Sꝫ illud votū vł' propoſitū tale dꝫ eſſe ꝙ ab executiōe nō retardet̄ ⁊ ꝙ efficaciter ꝓſiliat in actu niſi ꝑ ipotētiā impediat̄:alias nō ē votū nec ꝓpoſitū verū nec plenū.ſm̄ predictos ſanctū Tho.⁊ bo.ventu. in predicta di.⁊ niſi conetur quis ponere in executione nihil operatur illud votū ꝙ probat̄ per magiſtrū ſen.i.iiij.ſen.ea.di. vbi dicit ꝙ nō eſt aliquis vere humilis ſi non requirit ſtudioſe iudiciū ſacerdotis ⁊ per verba Auguſti.in.c.quē penitet.vbi leproſi dum irent mundati ſunt:ergo ſi non proſilirent in actu nec conarent̄ ire non mūdarentur. vt ex tex.ibi patet.⁊ probat̄ etiā nam tunc votū ꝯfeſſionis pro pere vocis reputat̄ cū deeſt facultas cōfeſſionis:alias nō.vt eſt tex.in.§ his auctoritatibꝰ. in ver. itē votū.j.ea. di. ergo ſi poſt cōtritionē votū vł' propoſitū retardat̄ ab executione ⁊ ſtatim efficaciter nō proſilit in actū cū adeſt tempus ⁊ copia ſacerdotis ⁊ non deeſt facultas confeſſionis ꝑ tale votū non preſtatur aliquo modo remiſſio peccatoꝝ. ſicut ſi nullū votū interueniſſet qꝛ nihil ⁊ inutile equipollēt vt in.c. fraternitatis.d̄ frigi. maxime.qꝛ habēs propoſitū nō confitendi vſqꝫ ad quadrageſimā per cōſequens habet propoſitum non confitendi etiam ſi tempus ſe offerat ante illud tempus quadrageſime: et ſic nnnquam liberatur a peccato ſi non confitetur cum poteſt: et paradiſus qui clauſus eſt huic peccanti per tale votum et propoſitum vacuum: ⁊ ſi inſultet calcibus non aperietur: imo velit nolit gehennam intrabit. vt dicit glo.in.c.ſi apoſto lus de penitē.di.iij.

¶ Quinto ſic oēs doctores cōcorditer tenent ꝙ qn̄ aliqs cōtritꝰ cōtemnit ſacramētū cōfeſſionis nō dr̄ cōtritꝰ nec cōſequit̄ remiſſionē pctōrū de quo ē tex.in.c.baptiſmi vicē.⁊ in.c.nō dubito.de ꝯſe.di.iiij.⁊ eſt glo. notabilis ⁊ approbata in ſūma.ſupra ita.di.glo.q̄ incipit vtiqꝫ.⁊ glo.in c.magna pietas.⁊ in.c.multiplex. ſupra ea.di.et hoc tenet.bonauē.in di.p̄dicta q dicit ꝙ nullꝰ pōt iuſtificari q ſacr̄a ꝯtēnit.ſed eo ipſo ꝙ quis habet copiam ſacerdotis ⁊ non curat vel negligit ꝯfiteri cōtēnit ſacr̄m penitētie vt notat archi.in.§.ſi ergo.xvij.q.j.⁊ hen.i.c.j.de eo q mit.i poſſe.vbi dicunt ꝙ ſi aliquis habet voluntatem confitendi: ⁊ bene habet ſacerdotem paratum: ſed non curat confiteri: iſta voluntas non prodeſt.quia iſte videtur contemnere ſacramentum.⁊ eſt tex.in dicto.c.nō dubito.ibi cum dicit tex.ſi baptizari noluiſſet contemptu ſacramenti reus fieret.⁊ dicit ibi gloſa.quia contemnit accipere cum poſſit.⁊ ſm̄ ꝙ dicit hugo.ſi neceſſitas non eſt q̄ pretendatur cōtēptꝰ nō excuſat̄.ergo ſeq̄t̄ ꝑ qualēcūqꝫ vel quātūcūqꝫ ꝯtritionē vł' ꝑ q̄dcūqꝫ ꝓpoſitū cōtenē-

do ſacꝛ̃m vt ē dictū ⁊ nō curādo ſtatim ꝯfiteri cū pōt nō dimittūt̃ pctā.

¶ Sexto ꝓbat̃ ſic pnīa duplex ē.ſ.interioꝛ ⁊ exterioꝛ.exterioꝛ ſacꝛ̃m eſt interioꝛ v̓tus mētis ē.⁊ vtraqꝫ iuſtificatiōiſ cauſa ē ⁊ ſalutis.vt dicit magiſter ſentē.in.iiij.xiiij.di.c.i.cū ergo vtraqꝫ iſtaꝝ pnīaꝝ coiunctim ⁊ nō vna ſine alia ſit cā iuſtificatiōis ⁊ cū ꝯfeſſio oꝛis ſit vna ꝑs p̄ncipalis pnīe exterioꝛis ⁊ talis ꝙ in ip̄a p̄cipue ꝑficit̃ pnīa in ꝙ̄tū eſt ſacꝛ̃m ſm̄ tho. p̄dicta di.xvij.ergo ſine ip̄a ꝯfeſſione nō dat̃ iuſtificatio nec ſalus nec remiſſio pctōꝝ per qđcūqꝫ votū vel ꝓpoſitū de ꝯfitēdo in quadrageſima

¶ Septio ꝓbat̃ ſic ſm̄ ꝙ dicit ſanctꝰ tho.p̄dicta.di.xvij.arti.v.q.i.i ſacꝛ̃o pnīe gr̃a infundit̃ ꝑ quā fit remiſſio pctōꝝ ſicut i baptiſmo.⁊ iō ſm̄ euꝫ eo mō ꝯfeſſio ex vi abſolutiōis remittit culpā ſicut ⁊ baptiſmꝰ.⁊ ſm̄ euꝫ baptiſmꝰ liberato moꝛte pctī:nō ſolū ſm̄ ꝙ actu ſuſcipit̃ ſꝫ ēt ſm̄ ꝙ i voto hēt̃ ⁊ ſi aliqs ipedimētū nō p̄ſtaret ex ip̄a collatiōe baptiſmi gr̃aꝫ ꝯſeq̄ret̃ remittētē pctā ſi pꝛiꝰ ſibi remiſſa nō fuiſſēt. Et dicit ꝙ ſilr̃ dicēdū ē de ꝯfeſſiōe adiūcta abſolutiōe.qꝛ ſm̄ ꝙ i voto penitētꝭ p̄ceſſit a culpa liberauit poſtmodū aūt in actu ꝯfeſſiōis ⁊ abſolutiōis gr̃a auget̃ ⁊ ēt remiſſio pctōꝝ daret̃ ſi p̄cedēs doloꝛ de pctīs nō ſufficiēs ad ꝯtritionē fuiſſet ⁊ ip̄e tūc obligatiōꝫ gr̃e nō p̄beret.poſito ergo ꝙ doloꝛ de pctīs p̄cedēs nō fuit ſufficiēs ad ꝯtritionē qđ ſemꝑ in dubio p̄ſumēdū ē ⁊ etiā tenendū eſt cū difficile ſit hr̃e tātū doloꝛē quātū doctoꝛes req̄rūt ad ꝯtritiōeꝫ. In ip̄a ꝯfeſſiōe dat̃ remiſſio pctōꝝ q̄ ante data nō fuit.ergo ꝓpter hoc ip̄a cōfeſſio ſemꝑ eſt neceſſaria ad ſalutē ⁊ remiſſionē pctōꝝ:⁊ ſic nunꝙ̄ excuſat̃ nec excuſari dꝫ dicta ꝯfeſſio per qđcūqꝫ votuꝫ vel per qđcunqꝫ ꝓpoſitum de conſitendo ſemel in quadrageſima.

¶ Octauo ſic ꝯcluſio doctoꝝ ē ꝙ religioſus hita copia ſacerdotis ſine moꝛa ꝯfiteri dꝫ ⁊ hoc tenet bo.vē.p̄dicta di.xvij.⁊ ad hoc nō ſe obligat religioſus ex voto:ſꝫ oēs hoies tenent̃ ad ea ad q̄ religioſi tenent̃ pꝛeter illa ad que religioſi ſe ex voto obligauerūt ſm̄ tho.ea.di.ergo ſicut religioſus.ſic quilibet aliꝰ habita copia ſacerdotis ſine moꝛa ꝯfiteri debet.

¶ Nono ꝓbat̃ ſic hoc opat̃ ꝯtritio cū ꝓpoſito ꝯfitēdi circa penitētes quo ad tollēdā culpā qđ opat̃ deſideriū baptiſmi circa baptizādos qꝛ ꝯtritio cū voto ꝯfeſſiōis qđ hꝫ adiunctū eo mō liberāt̃ a culpa penitēteſ ſicut deſideriū baptiſmi baptizādos ſm̄ ſāctū tho.p̄dicta di. Sꝫ certū ē qđ deſideriū baptiſmi.nō ꝓdeſt alicui quo ad ſalutē ⁊ remiſſionē pctōꝝ ſi pōt baptizari ⁊ nō baptizat̃.vt ē tex.in.c.baptiſmi vicē in fine ⁊ in.c.nō dubito de ꝯſecra.di.iiij.qđ.c.loq̄t̃ de illo q deſiderabat baptizari.ſꝫ glo. i.ibi ⁊ tñ ſi cuꝫ poſſet baptizari noluiſſet nō ſaluaret̃ ꝑ tex.ibi qui dicit ꝙ baptiſmꝰ ſibi deeſt ad regnū celoꝝ capaſcendū.ergo eodē mō ꝓpoſitū ꝯfitēdi qđcūqꝫ cuꝫ cōtritione nihil ꝓdeſt illi qui pōt cōfiteri ⁊ nō confitetur nec per tale pꝛopoſitum remittunt̃ ei pctā nec ſaluaretur.

¶ Decimo ꝓbatur ſic: neceſſe eſt propoſitū eſſe efficax vel hominē cō
fiteri: ꝛ ideo licet dicamus ꝙ aliquis per cōtritionē ꝛ per propoſitū con
fitēdi ſit iuſtificatus: neceſſe eſt ꝙ poſt illā iuſtificationē cōfiteatur cū ſe
offert tēpus ꝛ locus: alias ꝓpoſitū deſinit eſſe efficax. ꝛ ideo cadit a iuſti
cia cū cadit a propoſito confitēdi efficaci ſine quo iuſtificari nō poterat.
Nā ſi poteſt confiteri ꝛ nō curat: ſed ex contēptu confiteri negligit poſt
iuſtificationē non ꝑſeuerat in iuſticia ſed cadit ab ea quia cōfeſſio poſt
iuſtificatiōe ē neceſſaria niſi excuſet impoſſibilitas. ſm. bo. vē. in p̄di-
cta. di. xvij. ergo ſi nō cōfiteat̄ tūc ſaluari nō pōt: q2 a iuſticia cecidit ꝛ ad
minꝰ moritur in peccato mortali qđ cōtraxit tacēdo ꝛ cōtēnendo cōfite
ri ſm. glo. in. §. itē taciturnitas. iuxta. c. quē penitet. đ penitē. d. j.

¶ Undecimo. Iſta eſt quarta decima queſtio. An ſufficiat cōfeſſio cor XIIII. q̄ſtio.
dis ſine confeſſione oris. Et eſt dicendum: ꝙ confeſſio cordis non ſuffi
cit ſine confeſſione oris: quod ꝓbatur per quattuor inuincibiles ratio-
nes: quas ponit Criſoſtomus: et prima eſt talis. Radix confeſſionis fi
des eſt cordis. Confeſſio autē fructus eſt fidei. Sicut ergo q̄diu radix
eſt viua in terra: neceſſe eſt quod aut ramos producat aut folia. Si aūt
non ꝓduxerit ſine dubio intelliges ꝙ radix eius in terra ſiccata eſt. Sic
q̄diu fides cordis integra eſt ſemper germinat ꝯfeſſionē in ore. Si au
tem confeſſio marcidata fuerit oris: intellige ſine dubio ꝙ fides cordis
eius iam ante ſiccata eſt. Secunda talis eſt: ſi tibi prodeſt corde credere
et corā hominibus non confiteri: ergo etiā infideli in ypocriſi confiteri
xp̄m prodeſt etiā ſi corde non credat: ſi autem ille nihil ꝓficit ſine fide
confitens: nec tu proficis credēdo ſine cōfeſſione. Tertia talis eſt ſi ſuf-
ficit xp̄o quia cognoſcis eū etiā ſi cōfeſſus eū non fueris corā hominibꝰ
ergo ꝛ tibi ſufficiat ꝙ conoſcat te xp̄s: etiā ſi confeſſus non fueris corā
deo. Si aūt tibi nō ſufficit cognitio eius: nec illi ſufficit fides tua. Quar
ta talis eſt: ſi ſufficeret tibi fides cordis: cor tantum deus tibi creaſſet cū Attēde ad
ergo ꝛ os tibi deus creauit: vt corde credas ꝛ ore cōfitearis: ſm eū. Jo. qđ creauit
doctor. ergo non ſufficit corde credere niſi ore confiteatur. cum iſti duo deꝰ cor ꝛ os hominis.
ſenſus corporales a deo ad diuerſa officia ſunt creati: ſcilicet cor ad cre-
dendū: et os ad confitendū ꝛ exprimendū qđ in corde concipitur: vt ait
philoſphꝰ in ſcđo li. periarmenias. vbi dicit: ꝙ voces ſunt note eax paſ
ſionum que ſunt in anima. Hec Jacobus doctor.

¶ Duodecimo probatur ſic. Canones ſanctorū patrū fuerūt diuinitꝰ
inſpirati. vt in. c. illud. xx. di. et in. c. ſi qs diaconꝰ. l. di. et maxime in hac
materia penitentie ſuper omnia canonibus eſt ſtandū: ita ꝙ illū dica-
mus penitentē vel inpenitentem qui per canones penitens vel inpeni
tens iudicatur et nemo alia quelibet ꝯtra auctoritatē apoſtolice ſedis

vel contra ſtatuta canonũ obijciat: quia quicqꝺ cõtra illoꝝ diffinitionẽ in quibus ſpũm ſanctũ credimus locutũ dictum fuerit: recipere nõ ſolum temerariũ: ſed periculoſum eſſe nõ dubitatur. Jta ſcripſit papa ormiſda omnibus epis per vniuerſas ꝓuincias cõſtitutis in.c.ſi ille.l.di. vbi ſupradicta ponũtur lr̃aliter. Sed Jnnocẽtius quartus in concilio generali ſtatuit ꝙ aſſiſſini ꝛ illi qui ꝑ aſſiſſinos ꝓditorie hoĩes occidũt mortẽ procurãt nõ ſolũ corporũ ſed etiã animarũ niſi exuberãs gratia diuina eos preuenerit vt ſint armis ſpũalibus premuniti. ꝛ ideo eos excõmunicat ꝛ grauibus penis punit. vt eſt textus in.c. pro humani. de homici.li.vj. ꝛ glo. ibi in parte premuniti dicit. ꝙ ꝓpter hoc canon dat ꝯſiliũ qꝺ̃ nullus expectet in vltimis penitere vt in.c. Nullus expectet. de peni.di.vij. ꝛ hoc ſtatuit ibi Jnnocẽtius Salutẽ animarũ procurãdo vt dicit textus in dicto.c. pro humani. ergo quõcũqꝫ ꝛ quocũqꝫ tp̃e moriatur in pctõ mortali: ꝛ cũ quocũqꝫ ꝓpoſito ſi nõ fuerit illis armis ſpũalibus premunitus.ſ. ſi nõ fuerit cõfeſſus ꝛ penitens cum habet copiam ſacerdotis ſaluari nõ poteſt vt per ſupradicta clare ꝓbatur.

¶ Ex ſupradictis ergo clare patet ꝓbatũ eſſe ꝙ nõ ſaluatur qui ſtatim cum ſe offert tẽpus nõ cõfitetur: ſed in peccato mortali ſine cõfeſſione moriatur licet habeat ꝓpoſitũ vacuum ꝛ inefficax de cõfitẽdo ſemel in anno in quadrageſima ꝙ propoſitum quadrageſimale appello.

¶ Et ideo vt habeant locum dicta omniũ dñorũ cõtrariã opinionem tenentiũ ſub reuerentia ꝛ ꝓteſtatiõibus prelibatis ꝛ quocunqꝫ iudicio meliori ſaluo: mihi videtur circa hoc ſic eſſe diſtinguendũ ꝙ aut querimus q̈tum ad ſecuritatẽ anime. aut q̈tum ad tranſgreſſionẽ precepti eccleſie. Si q̈tũ ad ſecuritatẽ anime ꝛ liberationẽ a peccatis p̄cedẽtibꝰ firmiter tenendũ eſt ꝙ qñ qs habet bonã oportunitatẽ cõfitẽdi ſtatim p̄ſente tp̃e cõfeſſiõis vel ſtatim poſt cũ illo ꝓpoſito ſine cõfeſſiõe nõ eſt qs ſecurꝰ: q̈tum ad hoc ꝙ ſaluet̃ ſi morit̃ anteq̈ cõfiteatur ꝛ hoc ſentit Sãctꝰ Thomas p̄dicta.di.xvij. dum dicit ꝙ periculoſum eſt differre confeſſionẽ ꝛ ꝙ per decretalẽ nõ excuſatur quis a culpa q̈tum ad forũ conſcientie: ſed ſolum excuſatur a pena priuationis ſepulture q̈tũ ad forum eccleſie ſi morte preuentus fuerit ante tẽpus id. ꝛ hoc etiam ſentit bo.ven.ea.di. in quãtuꝫ dicit ꝙ differre cõfeſſionẽ vſqꝫ ad paſcha videtur ſibi periculũ in illis qui ſunt obligati ad cõfeſſionẽ ex propia culpa: ꝛ cum dicit ꝙ non eſt vere contritus qui tan longo tẽpore vulnus peccati portat occultum. Et ita intelligitur id qꝺ̃ dicit bo.ven. ꝙ nullꝰ iuſtificatur qui ſacramentũ contemnit.ſ. quãdo habet ſacramentũ in promptu quãdo cõtemnitur vel poſt ſtatim. Si querimus quantum ad peccatũ nouũ tranſgreſſionis precepti illius decretalis: ꝛ tunc habeat

